

69

HIEROGRAPHICI.

70

Hymnus trium Puerorum.

Pag. 796. c. 3. v. 40. et deinceps *ficulo additur: Laudate et supere-*
pro benedicite Domino, semper xaltate eum in saecula, in Codice
Dominum. Item, quod omni ver- vix non ubique deest.

Hymnus SS. Ambrosii et Augustini.

v. 20. *in gloria munerari f. nume- gloria munerari.*
rari.

Canticum S. Mariae.

Pag. 949. c. I. v. 33. *recordatus memorare misericordiae suae.*
misericordiae suae.

Symbolum Apostolorum.

Descendit ad inferos. descendit ad inferna.

Fides S. Athanasii Episcopi Alexandrini.

v. 30. *in saeculo natus. a saeculo natus.*
 v. 34. *in Deum. in deo.*
 v. 37. *tertia die. Abest.*

Cetera, ut jam monui, aut Variationes Numeri, Casus, Temporis sunt, aut omissiones Particulae *Et*, aut manifestae Librarii hallucinationes, in quarum numerum etiam venit *Joh. Henseleri* Notarii oscitantia, qua Testimonio suo *Codici* huic pretiosissimo praefixo notam chronicam subjicere neglexit, unde tempus, quando is in Imperatorum Austriacorum potestatem venerit, adsignare non possumus.

XXIX. VIII. F. 29.

XXX. VIII. B. 21.

485 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 112. 4. nitide exaratus et picturatus est *Psalterium Davidicum* ex versione Vulgata

Codex membraneus lat. Sec. 121 partim XII. partim XIV. Folior. nunc 172. f. probe scriptus et rubricis distinctus continet sequentia.

I. Seculi XII. *Calendarium*, quo *Pascha* connectitur VI. Kal. April. seu diei 27. *Martii*, id quod annis 1111. 1130. 1149. 1168. 1187. contigit. Praeter festa notiora rubris in eo literis consignantur dies *Gregorii pape*, *Cyriaci cum s. s. Benedicti abbatis*, *Vdalrici episcopi*, *Translatio s. Benedicti*, *Mauricii et sociorum eius*, *Sergii et Bachi*, *In colonia XI. milia uirginum*, *Cecilię uirg. et mart. Clementis pp. et mart. Lucię et odilię v.* Ut adeo coniectem in quodam *Benedictino* Dioeceseos *Augustanae* Coenobio conscriptum fuisse, sed successu temporis ad Ecclesiam aliquam Sacerdotum secularium devenisse, quorum obitus, sed Sec. XIV. frequenter ad oram adnotantur. Invenio tamen et aevi anterioris notas emortuales; ita ad diem XI. Kal. Mart. ☉ *Wylb. de randeckin*, quae fuit superioris *Bavariae* stirps a loco *Randek* dicta.

II. fol. 7. *Psalterium Davidis cum glossa ordinaria Walafri Strabi*, quam is, ut notum est, Sec. IX. potissimum ex *Rabani* magistri sui explicationibus confecit, *Anselmus Laudunensis* et alii deinceps interpolavere et auxere, quaeque in Bibliorum Opere *Glossato* dicto frequenter lucem vidit. Haec *glossa* caractere eleganti minuto margines nobis et spatium inter lineas occupat. Eodem caractere praemittitur *Prologus*, cuius hoc initium: *Sicut in seculis libris queritur ad quam partem philosophię spectet unusquisque uidelicet ad pbisicam. an ad eticam. an ad logicam. ita quoque in diui-*

nis queri potest quibus ex istis supponantur &c. Congruit *Prologus* hic, si sensa spectes, plurimum cum eo, quem *Honorius Augustodun.* suae *Psalmodum* Expositioni praemittit, quique in *Pezii Thes. Anecd. T. II. P. I. p. 97.* legitur. Psalmis adhaerent *Cantica Biblica*, item *Oratio dominica*, *Symbolum Apost.* *Hymnus Ambrosii*, *Hymnus Angelicus*, *Fides Athanasii*, et tota de *Muliere forti* ex *Proverb. C. 31.* lectio, omnia suis quoque *Glossis* instructa partim a *Walafrido*, partim ab anonymo, sed *Beda*, cui *Mulier fortis* Ecclesia est.

III. fol. 95. minio: *Incipiunt Cantica canticorum* interlocutoribus *Christo*, *Synagoga* et *Ecclesia*, quibus eadem ratione addita est *ordinaria* seu *Walafri Strabi* *Glossa*.

IV. fol. 102. eodem modo, eodemque adparatu *glossae* *Incipit liber apocalipsis*, divisus hic in XXIII. *Capita*. Quamquam vero C. nobis XXI. v. 19. *Glossa* in *duodecim pretiosos lapides* commentetur, tamen Scriptor noster ad calcem Libri peculiare harum *Gemmarum* descriptiones plurimum item a *Glossa* et partim ab *Hieronymo* et *Beda*, ut videtur, mutuatas adjecit hoc initio: *Fundamentum primum iaspis. Iaspidium multa sunt Genera. alius enim viridis coloris &c.* Finis mutilus: *Singulique lapides preciosi singulis sunt fundamentis deputati quia licet — — —* Atque haecenus manu seculi XII.

V. a fol. 126. habetur manu Seculi XIV. absque titulo *Liber Psalmodiae ecclesiasticae* per anni decursum incipiens ab *Hymnis*,

Vox clara ecce intonat.

Obscura queque increpat.

Pellantur eminus sompnia.

Ab ethre christus promicat.

Mens jam resurgat torpida.

Que sorde extat saucia.

Sidus refulget iam nouum.

Ut tollat omne noxium.

Hymnis succedunt *Antiphonae* et *Collettae* tam de tempore, quam de Sanctis, omiſſis tamen Psalmis, et fol. ult. soli Verſiculi *Paschales* signis *musicis* notati comparent.

XXXI. VIII. A. 7.

⁴¹ Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 295. f. max. nitide per duas columnas scriptus, et capitalium rubricis decoratus exhibet charactere majore *Psalterium Davidis*, minore vero ad singulos Verſiculos *Glossam* sive Commentarium *Petri Lombardi* Episcopi Parisini, vulgo *Magistri Sententiarum*, qui Sec. XII. claruit, nusquam tamen in Codice nostro nominatur. Praeloquium sic incipit: *Cum omnes prophetas spiritus sancti revelationem constet esse locutos dauid prophetarum eximius quodam digniori et excellentiori modo quam alij uelut tuba spiritus sancti prophetauit.* Commentarius vero ipse sic: *Beatus*, cui omnia optata succedunt, uir, ſci-

quos inter multi, quibus nunc emendationibus utimur. Ita confer sequentem cum eo, qui nunc in *Laudibus Adventus* canitur:

E sursum agnus mittitur.

Laxare gratis debitum.

Omnes pro indulgentia.

Vocem demus cum lacrimis.

Secundo ut cum fulserit.

Mundum que orror cinxerit.

Non pro reatu puniat.

Sed pius nos tunc protegat.

licet contra prospera et aduersa firmus, *qui non abiit*, a deo in regionem dissimilitudinis, id est, cogitatione non peccavit, *in consilio impiorum*, id est, quamvis impii hoc molirentur &c. In fine Commentarii disquisitio de numero Psalmorum instituitur, quae finit: *Penitentiae igitur uox est: Miserere mei deus. iusticie uox est: Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. vite eterne uox est: Omnis spiritus laudet dominum.* Et mox rubrica quadrata: *Explicit Psalterium Davit.* Opus nostrum centonem esse ex anteriorum PP. commentariis contextum vel ipsa Editionis, quam primam censeo, quaeque in variis Bibliothecis custoditur, f. l. et a. f. inscriptio docet, quam adponere iuvat. *Petri Lombardi quem et Magistrum Sententiarum dicimus, Glosa ordinaria in Prophetam, de quo Dominus ait Elegi tibi David uirum secundum cor meum. hic intituletur Liber. Qui sumptus est ex scripto Gregorii. Hieronimi. Ambrosii. Cassiodori. Alcuini. Remigii.*